Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nibus: ut hoc facto a morte liberaretur. et propter
veterem viri amicitiam hanc faciebant
in eo humanitatem. At ille cogitare
cepit etatis ac senectutis sue eminen
tiam dignam. et ingenitam nobilita
tis caniciem: atque a puero optime con
versationis. et secundum sancte et a deo condite le
gis constituta: respondit cito dicens. pre
mitti se velle in infernum. Non enim
etati nostre dignum est inquit fingere.
ut multi adolescentium arbitrantes
eleazarum .xc. annorum transisse ad vitam
alienigenarum. et ipsi propter meam simu
lationem et propter modicum corrup
tibilis vite tempus decipiantur. et per hoc
maculam atque execrationem mee ac
quiram senectuti. Nam et si in presenti
tempore suppliciis hominum eripiar: sed
manum omnipotentis nec vivus nec defunctus
effugiam. Quam obrem fortiter vitam
excedendo senectute quidem dignus
apparebo. Adolescentibus autem exemplum
forte relinquam. si forti animo ac con
prompto pro gravissimis et sanctissimis
legibus honesta morte perfungar. Hiis
dictis confestim ad supplicium trahebatur.
Hii autem qui eum ducebant et paulo
ante fuerant mitiores. in iram versi
sunt propter sermones ab eo dictos: quos
illi per arrogantiam prolatos arbitra
bantur. Sed cum plagis perimeretur: in
gemuit et dixit. Domine qui habes sanctam
scientiam. manifeste scis tu. quia cum a mor
te possem liberari. duros corporis sustine
o dolores. Secundum animam vero propter timor
em tuum libenter hec patior. Et iste
quidem hoc modo vita decessit. non solum
iuvenibus. sed et universe genti. memor
iam mortis sue ad exemplum vir
tutis et fortitudinis derelinquens.

Contigit autem Capitulum .vii.
et septem fratres una cum ma
tre apprehensos. compelli a rege
contra fas contingere carnes porcinas. fla
gris et taureis cruciatos. Unus autem
ex illis qui erat primus sic ait. Quid
queris: et quid vis discere a nobis? Pa
rati sumus mori magis. quam patrias
et dei leges prevaricari. Iratus itaque rex
iussit sartagines et ollas eneas suc
cendi. Quibus statim succensis: ius
sit ei qui prior fuerat locutus amputari
linguam: et cute capitis abstracta. sum
mas quoque manus et pedes ei pre
cidi. ceteris eius fratribus et matre aspicien
tibus. Et cum iam per omnia inutilis
factus esset: iussit ei ignem admoveri.
et adhuc spirantem torreri in sarta
gine. In qua cum diu cruciaretur: ceteri
una cum matre invicem se horta
bantur mori fortiter dicentes. Dominus
deus aspiciet veritatem. et consolabitur in no
bis quemadmodum per protestationem cantici de
claravit moyses: et in servis suis con
solabitur. Mortuo itaque primo illo in
hoc: sequentem deducebant ad illuden
dum: et cute capitis eius cum capillis
abstracta: interrogabant si mandu
caret priusquam toto corpore per membra
singula puniretur. At ille respondens
patria voce dixit. Non faciam tibi.
quia frater noster crudelem consecutus
est penam: non negabo dominum. Propter
quod et iste sequenti loco primi tormenta
suscepit: et in ultimo spiritu constitutus.
sic ait. Tu quidem scelestissime in pre
senti vita nos perdis: sed rex mundi
defunctos nos pro suis legibus in eterne
vite resurrectione suscitabit. Post
hunc tertius illuditur: et linguam
postulatus cito protulit: et manus con
stanter in ignem extendit: et cum
fiducia ait. E celo ista possideo: sed
propter dei leges hec ipsa despicio: quoniam
ab ipso me ea recepturum spero. Ita ut
rex. et qui cum ipso erant mirarentur